UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Glossa Ordinaria super Cleme[n]tinis tit. de haereticis co[n]tinens tria capita vt supra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Visual Library

illud debet exequi proprijs ſumptibus, ut in extrauaganti Benedicti. eodem titulo. Ex eodem. §. verum.

Conſilio.] ad hoc. 1. q. 1. extote. 84. diſt. c. 1.

4 Ad ſententiam.] hic videtur, quòd in crimine hæreſis ſentẽtia requiratur. ſic ſupra eod. ut inquiſitionis. verſi. vbi per uiros, & c. ſed arg. contra infra eo. lib. de homici. c. 1. in fine.

5 Secretum.] videtur, quòd illud dicitur ſecretũ quod quinque homines ſciũt: ſecundum id quod legitur, & not. de pœnit. diſt. 1. §. econtra, ea quæ. verſ. filiam namque, &c. Sed hoc non eſt verum in hoc caſu, ut infra patet, ibi: alijs patefecerint, & c. Sic C etiam ſumitur. 3. q. 7. ſacerdos. in fine. de pęni. diſti. 6. ſacerdos. & adde quod dixi ſupra eod. li. de elect. vbi periculum. §. nulli. in verbo, ſecrete.

Promulgare.] demonſtrat. quia niſi ſic iniunxerit, pandentes ſententiam excommunicationis nõ A incurrunt.

Epiſcopum.] ſic ſupra eod. Inquiſitores.

Iudicijs.] ſupra de accuſ. qualiter. 2.

6 Onerantes.) nota hic, quòd quis relinquitur ſuę conſcientiæ. ſupra eod. lib. de reſcrip. ſtatutũ. §. aſſeſſorẽ. & 4. diſt. denique. & ad huius dicti declarationẽ ſcias, ꝙ trib. de cauſis relinquitur quis ſuo iudicio, ſ. cum nõ debet prohiberi, quia indifferenter poteſt illud facere, vel dimittere ſine peccato 33. q. 4. uir cũ propria, vel quia timetur ſcandalum, ſicut cũ multitudo eſt in culpa, ut in prę. c. deniq; & 1. q. 7. C quotiens. 23. q. 4. non poteſt. c. ipſa, vel quia defecit iudicium: & hoc dupliciter, ſ. vel propter perſonã, quę nõ poteſt iudicari. ut 17. diſt. §. hinc etiam. 21. diſt. nunc autem. vel propter crimẽ, quod occultum eſt 33. diſt. habuiſſe. in fi. 35. q. 6. ſi duo 2. q. 5. conſuluiſti, & etiam ſcripſit Hug. in pręd. denique.

GLOSSA IOANNIS ANDR.

ORDINARIA SVPER CLEMENTINIS.

TIT. DE HAERETICIS.

Cap. 1. ſup. fol. 111.

MVltorum.) Primo pręmittit conſtitutionis cauſam. Secundo ibi: propter quod. ponit conſtitutionem de officio Inquiſitionis exercẽdę per diœceſanos et Inquiſitores. primo ponens quinq; quę poteſt alter ſine altero. Secũdo tria, quæ non poteſt. & decretum apponit: ſubmittens quomodo impeditus vel intereſſe nolens cõmittit alij vel cõſentit. Tertio ibi, Sane. prouidet circa muros vel carceres hæreticorũ ipſorum, claues, cuſtodes, & cuſtodũ D miniſtros. Quarto ibi: Porro. ponitur iuramentum cuſtodum, miniſtrorum ſuorũ, notariorum, & aliorũ officialiũ. Quinto ibi: Verũ. punit Epiſcopos, Inquiſitores, et eorũ ſubſtitutos, qui faciẽdo, vel omittẽdo delinquũt in officio. Sexto, ibi: Alia. confirmat antiqua iura huic cõſtitutioni nõ obuia. Ioã. And.

Pulſauit.) talis pulſatio communiter principes mouet, vt hic: quandoque etiam non mouet ex cauſa. de pur. cano. cum in iuuentute.

Metas.) dicitur a metior metiris: et eſt finis, vel terminus agri, vel cuiuſcũque rei. habemus meto me E tis, quod ponitur pro collectione meſſium. de pœnit. & remiſſ. cum ex eo. poſt princ. inde dixit quidam.

Dum tua rura metis, vicinis parcito metis:

Has vero metas non licet tranſgredi. de ſepul. cap. 1. vbi de hoc.

Excedentes.) alias extendentes.

Pietatis ſpecie.) concor. 30. q. 1. noſſe. cum ſuis concor. eod. titu. excommunicamus. §. quia vero. de ſimo. ad Apoſtolicam. infra c. fin. verſi. nonnulla.

Innoxij.] quod eſſe non debet. de ſenten. excom. Romana in fi. lib. 6.

Detrimentum.) quod eſſe non debet. de pœnis. C in quibuſdam. de appel. cap. 3. & ca. ſuggeſtum, de off. ord. irrefragabili.

Indago.) quaſi indagatio. inquiſitio, vel inueſtigatio. de iureiur. quanto. poſt princ. de offi. deleg. c. 1. & vlt. lib. 6.

Deputatos generaliter.) ſupra eo. tit. per hoc. lib. 6. & uide quod ibi not. in 1. glo.

Amore.) quattuor modos exprimit, quibus peruerti ſolet humanum iudicium. 11. q. 3. quattuor. de re iud. cum æterni. lib. 6. Et iſti quattuor modi poſſunt his verſibus compræhendi.

D Quattuor iſta: metus, odium, dilectio, cenſus:
Sæpe ſolent hominum rectos peruertere ſenſus.

Citare.) hoc eſt primum de quinque, de quibus dixi.

Capere.) ſecundum quod differt a ſequenti. ſæpe etenim capitur, qui non incarceratur. de ſenten. excom. ſi clericos. lib. 6. infra de exceſſ. pręla. frequẽs. in prin. & poſt prin.

Mancipare.) tertium.

Ponendo.) quartum.

E Manicis.) ſicut compedes ſunt catenæ, vel vincula circa pedes: ita manicæ catenę, vel uincula circa manus. de utroque in Pſal. 149. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ioan. Andr.

Oneramus.) concor. ſupra ea. compil. de iu. pat. cap. 1. & ibi dedi concor. de hoc.

Inquirere.) quintum.

Duro.) poſuit quinque alteri ſoli permiſſa: nunc ponit tria prohibita: & ecce primum.

Ad pœnam.) de pęnis quamuis. lib. 6. de uerbo. ſigni. noumus. de apoſta. cap. pen.

Tormẽtis.) ſecundum. De tormentis †teſtium †Eym. 3. p. q 61. ubi dixi.

actoris & rei, not. 15. quæſt. 6. in ſuma. facit 5. q. 5. illi qui. de re iudi. cum in cõtemplatione. Puto autẽ quòd ieiunia, quæ Inquiſitores ad veritatem eruendã ſolent inducere, ſint tormenta: ita quòd alter hoc non poſſit ſine altero: per hanc litteram. Nam quæſtionis verbo intelligimus tormenta corporis, dolores, & malam manſionem. ff. de iniur. item apud §. quæſtionem. & §. quæſtiones. & ff. ad Syl. le. 1. §. quæſtionem. item patet per etymologiam, qua dicitur tormentum, quaſi torquens mentem. Io. Andr.

Ad ſententiam.] *tertium. Olim autem quãdo alter ſolus procedebat, ſolus ſentẽtiabat. Si ambo procedebant, licet diuiſim, cõmunicabant ſibi proceſſus in fine, cum non reſtabat, niſi ferre ſententiam, eo. tit. per hoc. lib. 6. & in extraua. Benedicti, Ex eo. ꝙ tamen adhuc hodie ſeruabitur: quod dicit decre. per hoc. ut ſi diſcordent in ſententia, conſulatur Papa.*

† Eyme. 3. p. q. 48. vbi dixi

Contra eos.] *ſed nũquid pro eis† poſſet alter ſine altero definire? videtur quod ſic: quia a iure veteri non recedimus, niſi inquantum inuenitur expreſſũ: Sed ita eſt, quòd olim & hodie alter ſolus, poteſt inquirere: & de iure veteri, cum ſolus procedit, ſolus pronunciat, ut dixi in glo. proxi. quod hodie immutatum eſt, ſi condemnat per hanc litteram: ergo ſi abſoluit, remanet ius antiquum: facit de elect. ſtatutum. lib. 6. & eſt ſimile quod not. 12. diſt. præceptis. 3. q. 6. accuſatus.*

Sede vacante.] *vel quaſi vacante, vt in caſu de cre. ſi epiſcopus. de ſup. neg. præla. lib. 6. Item intelligo ſedem vacare, quoad hunc caſum iuriſdictionis capituli, etiam quando prouiſum eſt, ſed proviſus adminiſtrare non poteſt: quia nondum habet litteras per conſt. Bonifacij iniunctas, facit de transla. c. 2.*

Capituli.] *hęc littera infra pluries repetita, & decre. infra prox. faciunt ad quęſtionem, an capitulũ ſede vãcãte, poſſit viſitare, & debeat procurari: quo per Io. Mon. de ſup neg. præla. eccleſiæ. & per Archidi. eod. tit. ſi Epiſcopus, & quòd poſſit. alleg. quia Epiſcopus hoc poteſt: & eſt iuriſdictionis, in qua ſuccedit capitulũ de maio. et obed. ijs quæ. & c. cum olim. eod. tit. c. 1. lib. 6. de inſti. c 1. eo. lib. ergo hoc poterit: alias tempore uacationis remanebunt crimina incorrecta. alleg. etiam præ. decr. Eccleſiæ. vbi viſitator datus a metropolitano, à quo certus caſus excipitur, in alijs videtur poteſtatem habere quaſi per exceptionem firmetur regula. ff. de fundo inſtr. quæſitum. §. denique Neratius. 32. q. 7. dominus. Cum autẽ metropolitanus nil habeat, niſi de iure transfuſo de capitulo in metropolitanum: ad capitulũ hoc habet. faciunt not. per Inno. de hęre. ad abolendã. In contrarium, hoc non eſt iure expreſſum. ergo nec attribuendum: licet. n. capitulum concernat iura epiſcopatus. 12. q. 2. charitatem. & c. illud. & ius reddat agentibus, accuſantibus & denuncianti bus: non tamen viſitat: ſed is qui datur a Papa 61. diſt. obitum. vbi probatur, quòd vacans Eccleſia deſtituitur viſitatione. Sed ſecundum Archid. dici poſſet, quòd illud, deſtitutæ, nõ reſpicit viſitationis operam, ſed Eccleſiæ vacationem. ſicut de elect. Eccleſia, 1. & 2. in prin. item Capitulum eſt neceſſarius, non uoluntarius adminiſtrator: ergo non poterit ꝙ adminiſtrationi neceſſario non incumbit. Et hoc tenet Io. Mon. ſed Archid. non eligit: videtur tamen plus accedere primo dicto, pro quo facit: quia iſte non eſt actus per quem præiudicetur Epiſcopo: ſicut beneficiorum collatio, & alienatio perſonarum, & rerum. de quibus de maior. & obedien. c. 1. 71. diſt. fraternitatem. 12. q. 2. ſi qua de rebus. egeret declaratione, non ſolum in hoc, ſed in pluribus alijs articulis, hoc quod dicitur, capitulum ſuccedere in iuriſdictione vacante ſede. Volens tenere opinionem Ioã. poſſet dicere illam veram in generali viſitationem ciuitatis, & diœceſis; contrarium, in ſpeciali uiſitatione, vel inquiſitione contra certas perſonas, vel loca.*

Requiſierint.] *requirit ergo per parem. de hoc de off. deleg. cum cauſa. in 1. gl. & puto ſufficere unã requiſitionem. & facit quod not. 18. diſti. ſi Epiſcopus. in vlt. gl. & quod dixi de iureiur. ego N. & in requiſitione non eſt neceſſe terminum exprimi, ſed ipſo iure ſtatim currit. ſic de excep. pia. lib. 6. & ſupra ea. compil. de dec. cap. 1. & hic adde, quod ibi dixi. Ioan. Andr.*

Ipſo iure.] *quo ad iuris effectum. ſi enim de facto, tortus eſt, vel dure carceratus, hoc nequit non fuiſſe. ff. de capt. & poſtli. reuer. l. c. in bello. §. faſtę, & facit quod dixi de appel. vt noſtrum. Sed ſi interlocutoria ſolum lata eſſet ſuper carcere, uel tortura, illa nulla eſſet: & lex permittit tunc appellare: † quia grauamen tolli non poſſet, per appellationem interponendam poſtmodum a definitiua. de appell. ſuper eod. tit. 1. reſponſo. 2. q. 6. ante ſententiã. ff. de appell. reci. vel non, l. 2.*

Nolit.] *ſimile de reſcrip. ſciſcitatus. in fine.*

Inquiſitori.) *hic iunge finem, ſuper illis, &c.*

Super illis.) *carceratione, tortura, & ſententia.*

Per litteras.] *concor. 63. diſt. c. 1. & 2. de temp. ord. nec epiſcopi.*

Confeſſum.) *ſufficit ergo quòd committat, vel conſentiat illum procedere, quæ ſunt diuerſa. facit ꝙ ſcripſi de foro compet. ſignificaſti. ſuper glo. ſi. de eccl. ædifi. ad audiendam 2. ſuper prima gl. vnde in electione licet primum, & non ſecundum. de elect. cap. pen. in fi. li. 6. ita hic delegatus Epiſcopi, vel capituli poteſt ſecundum, & non primum: quòd forte fuit cauſa huius diſiunctę: alterum verum hic eſt neceſſarium intra octo dies poſt requiſitionem. poſt octo uero dies, neutrum eſt neceſſarium, ut ſupra.*

Muri.) *eodem tit. ut commiſſi. lib. 6. verſic. & illorum.*

Vulgariter.) *ſimile ſupra ead. compil. de rel. do. c. 1. in prin. & ibi concord.*

Duos.] *niſi de uno concordarẽt: in caſu enim diſcordiæ manaſſe videtur hæc prouiſio. facit de appell. cum ſpeciali. puto contrarium. ſ. quod de una cõuenire non poſſint, ſed neceſſarij ſint duo: nec eſt hoc prouiſum propter diſcordiam. ſed ad ſecuriorem cuſtodiam: quod ſatis ſonant uerba. facit optime, ff. de cuſtodia reorum. l. vlt. in prin. ibi, nec vani, ſed duobus cuſtodia committenda eſt. & idem dicimus de miniſtris de quibus ſequitur.*

Prouidebit eidem.] *de ſuis redditib. non de parte prouentuum inquiſitionis officio deputata, ut in extrauaganti Benedicti, Ex eo quod. §. verũ quia.*

Etiam prouidebit.] *Inquiſitor, ſ. de prouentibus deputatis officio.*

Mini-

Miniſtrum.] *ſimile de fil. presby. propoſuit. in fi. facit quod dixi ſuper tit. de offi. cuſto. Io. And.*

Conclaui.] *concor. de elect. vbi periculum. §. in eodem. cum ſuis concor. lib. 6.*

Diuerſæ.] *ne vnus cuſtos ſine altero poſſit aperire. Interdum enim in eadem ſera habent plures ſocij plures claues, † vt quilibet per ſe & aperire & claudere poſſit: cuius contrarium hic intendit.*

Subdelegare.] *quod aliàs non poſſet: cum ſibi miniſterium demandetur ſine iuriſdictione: in quo videtur electa induſtria perſonæ. de offi. deleg. ca. fi. & puto per hanc litteram, quòd in aſſumendo miniſtro, non requiratur conſenſus Epiſcopi, vel Inquiſitoris.*

Iurabunt.] *ſimile ſupra eod. compil. de rel. do. c. 2. verſ. illi etiam de magi. c. 2. ſed in illis nihil dicitur de coporali tactu.*

Tacta.) *vt not. de elect. vt circa. ver. coram. lib. 6. in gloſ. 1. in corporali iuramento non ſufficit præſentia, ſed requiritur tactura Euangeliorum. Quidam dicunt, quòd corporale iuramentum ſatis eſt, quod habet corporis ſenſum, vt viſum. facit 35. q. 6. Epiſcopus. per id quod de poſſeſſione dicitur, quòd ibi requiritur actus corporalis, & cũ viſu transfertur. ff. de acq. poſſeſ. l. quod meo. §. ſi per venditorẽ. & l. 1. §. pen. & not. de conſuet. c. 2. ſed illud verũ, cum tradens & accipiens hoc intendunt. ſecus ſi poſſeſſio erat vacua, vt ibi not. Vt ergo ſcripſi, poſt Inno. de iureiur. etſi Chriſtus. verſ. quod autem. iuramenta, quæ præcipiuntur a iure. ſicut teſtis, calumniæ, veritatis, vel quæ a iure, iudice, vel patet ex neceſſitate deferuntur, debent fieri tactis Euangelijs: aliàs fieri poſſunt ſine tactura. & vide quod not. 22. q. 1. in ſumma. Sed videtur, quòd plus obliget corporale. facit. 2. q. 5. quanto, & c. ſeq. C. ſi minor ſe ma. dixe. l. ſi alterius. Quædã autem iura dicũt ſimpliciter iurari, quædã corporaliter, quædã ſuper ſancta Dei Euangelia, quædã addunt ipſorũ tacturã: ut hic, & 1. q. 7. quoties. & ſupra ea. comp. de iureiur. Romani. ver. porro. de frigi. & malefi. laudabilẽ. Patet de primo, de iureiur. eo. tit. per totum li. 5. de teſti. præſentium, & cap. pen. de excep. paſtoralis. qui ma. accu. poſ. cum in tua. de ſen. excõm. ex tenore. De ſecundo, de hæret. ad abolendam §. ſtatuimus. de ſent. excom. venerabilibus. de elec. vbi periculum. §. ſuper his. & c. vt circa. & c. procurator. lib. 6. De tertio, de purg. can. quoties. Apud Italicos, interpretatur conſuetudo, quòd ſufficit quemlibet librum, vel quamlibet ſcripturam tangere: quod ſatis puto procedere, etiam vbi de corporali iuramento exprimitur, non ſic vbi de tactura Euangeliorum, vt hic, & in concord.*

Ponendorum.] *vbi hoc exprimitur, iuratur ſuper futuris, & ſic non obſtat de iureiur. c. penul.*

Poterunt.] *22. q. 2. faciat.*

Secreto.] *ſimile de elect. vbi periculum. §. nulli. lib. 6. cum ſuis concord. & de ſecreto habetur infra c. proxi. de pœnit. diſt. 1. §. hoc ergo. in prin. & verſ. filiam, & de hære. cap. vlt. lib. 6. nec ſumitur tam amarè hoc verbum quin alter cuſtos in abſentia alterius captiuum alloqui poſſit de non ſecretis ipſis incarceratis.*

Abſque diminutione.) *non ſicut infideles ſeruientes, vel miniſtri, qui ſemper de eo quod dominis datur, decimam, vel aliam quotam ſubtrahunt, vt not. 1. q. 1. Chriſtus. 13. q. 1. §. 2. verſ. ſed videte.*

Coram eiſdem.) *Epiſcopo, vel capitulo, & Inquiſitore, vel ſubſtitutis ab illis.*

Pro dicto crimine.) *de incarcerandis, ergo pro alijs criminibus non iurant Inquiſitori.*

Deputandi.) *dato ergo, quòd capitulum haberet iuriſdictionem & carcerem: non tamen in ſuo carcere, ſed epiſcopali tales tenebit ſede vacante.*

Notarij.) *qui poſſunt eſſe conſtituti in ſacris † & religioſi; quod dic, vt eo. tit. vt officium. §. ad conſcribendas, lib. 6.*

† Eymer. 3. par. q. 19. ubi dixi.

Iurabunt.) *ſpeciale eſt, † propter magnitudinẽ criminis, & fautorem fidei; alias ſufficere haberet iuramentum in creatione præſtitum. de præſ. ad audientiam. de cuius forma ſcripſi, ne cle. vel mo. ſicut te. & Spec. de fi. inſtr. §. reſtat. ver. ſed quæro.*

† Arelatanus de hære. notab. 36. Bernard. in Lucerna uerbo. notarius. §. 1.

Perſonis.] *officialibus nuncijs ad citationes faciendas, & apparitoribus: de quibus infra c. proxi.*

Non agere.) *concor. de ſimo. nemo. & quod ibi not.*

Digniſſimum.] *idem verſ. 81. diſt. c. 1. in fi.*

Frandulenter.) *falſo alicui non imponant, quod ſequitur.*

Obtentu.) *vbi ergo non propter alterum prædictorum: ſed forte timore; uel propter uitandum ſcandalum, hoc omitterent, non eſt locus pęnæ.*

Et conſcientiam.) *not. & quòd copulat. concor. de re iud. cum æterni. lib. 6.*

Eodem.) *odij gratiæ, & c. vt ſupra.*

Alij vero.) *ſcilicet Inquiſitores, uel ſubſtituti ab eis, uel ab Epiſcopis, uel capitulis uacante ſede.*

Eo ipſo incurrant.) *Hic patet aperte, quod conſtitutio Eccleſiæ militantis ligat crimẽ omnino occultum. quo ad pœnas ſuſpenſionis, & excommunicationis. ad idem ſupra ead. compil. de ſta. mo. cap. 1. §. quia uero. infra de pęnis. cap. cupientes. §. qui uero. Nec turbentur aliqui: nam hoc idem probatur de ſchiſma. cap. 1. uerſ. omnem. lib. 6. & eo. lib. de elect. ubi periculum. uer. nulli. & c. fundamenta. §. quòd ſi ſecus. & c. quia ſæpe. facit eo. tit. ſciant. & c. ſeq. & c. indemnitatibus. §. poſtremo. de offi. deleg. c. ſi. §. pars uero. de offic. ord. cap. ult. de iudi. ca. 2. uer. prouiſo. de re iud. ca. 1. & 2. ad fin. de homi. pro humani. uerſ. ſacri. Ad idem antiqua iura. de ſent. excom. porro. & cap. cum non ab homine. de temp. ord. cap. ult. patebat idem de immu. eccle. clericis. lib. 6. uerſ. necnon. Et ex his uidetur indubitatum. quod Archid. habebat pro dubio: & diſputationi relinquebat in decre. cum quis. de ſent. excom. lib. 6. an hæreticus omnino occultus ſit excommunicatus. Ioan. tenet quòd ſic. † 24. quæſt. 1. in ſumma. & in gloſ. ſeq. de pœn. diſt. 1. cogitationis. Placet etiã Goſ. & Ray. in ſumma, de hære. Ad contrariũ inducitur 32. diſt. erubeſcant. & quod ibi not. 32. diſt. habuiſſe. 59. diſt. §. ſed illud. in fi. 2. q. 1. nomẽ. & q. 5. conſuluiſti. & 6. q. 1. ſimonia. 15. q. 6. ca. 1. verſ. non poteſt. 30. q. ult. §. his ita. & c. ſeq. 32. q. 5. c. ult. de ſimo. ſicut tuis. in fi. & ca. ſeq. Facit ad hoc, quia ex uoluntate, quæ non procedit in actum, non ſcandalizatur Eccleſia. 24. quæſt. 3. Deus quibus, Sunt qui nolunt fateri, per clauẽ eccleſiæ ligari*

† Contra ſentiunt, & uere Theologi. Caietanus 2. 2 q. 11. art. 3. Sotus in 4. diſtin. 22. q. 2. art. 2. Alfonſus Caſt. li. 2. de iuſt. hære. pu. c. 18.

poſſe

poſſe omnino occulta,niſi illa ſint expreſſe lege diuina damnata,ut uſura in qua damnatur ſpes occulta.de vſu.conſuluit.Alij dicunt,quòd ſi factum eſt publicum,ſed occultũ quis fecerit,ligari poteſt per Eccleſiam,5.q.1.quidam.de off.ord.ſi ſacerdos. Si vero & factum & faciens ſunt occulta,ſecus;ut in contrarijs.Sed vtrique dicto obuiant iura alleg. in princ.glo.quare de plano fateamus quòd conſtitutio militantis Eccleſiæ ligat omnino occulta: nõ tamen nominatim de illis iudicat tribunal Eccleſiæ: immo ipſa Eccleſia, inquantum per hominem, iudicat hominem nominatim,& in quantum eſt collectio fideliũ ligatos ſic occultos habet pro ſolutis.de ſent.excom.à nobis 2. & ſic loquuntur contraria.

Excommunicationis ſententia.) *de ſuſpenſione nil dicit,quare videtur,quòd ab illa ſuperior poſ-* B *ſit abſoluere. Dic contra. & ratio illius omiſſionis fuit,quia tempus habet determinatum : & vbi ſic* A *determinatum eſt,videtur,quòd nõ poſſit ſuperior abſoluere,vt not.de elect.cupientes.§. cæterum.in glo.eſt ergo.Sed quid ſi tempus determinatum non eſſet?Videtur quòd poſſint,ex quo ſuperior non reſeruat.de ſen.excõ.nuper. nec prohibet, vt infra de priuileg.c.1.ver. ſi qui. facit quod not.de reg. non ſolum.in fin.lib.6.& quod dixi de ſolut.c. 2.in fi. ſecus ſi reſeruaſſet.de teſti.tam litteris.in fi.*

Mortis articulis.] *qui caſus ſemper excipitur.infra cap.proxi.de offi.ord.paſtoralis. & vide quod ibi not.*

Et tunc.] *ſcilicet,quando in mortis articulo per Epiſcopum,vel presbyterum abſoluuntur : & hoc intelligo, ſi facultas eſt ſatisfaciendi : tempus hoc patitur : aliàs abſoluetur cum cautione. facit infra cap.prox.de ſepul.cap.vlt.de ſent.excom. à nobis.*

Manere.] *concor.eo.tit.c.vlt.in fi.lib.6.*

---

† Hęc gloſſa Pauli & Zenzelini ſuꝑ his uerſiculis infra ſcriptis ponitur hic ſicut habetur ĩ Directorio Bononiẽ manuſcripto,de inde ſequitur Io. And. ſuꝑ Clem.nolentes,&c.

GLOSSA † PAVLI DE LEAZARIIS IN CLEMENT. MVLTORVM.

De hæret. §.Propter quod,ſuper verſ.Vel tormentis exponere illos.

SVMMARIVM.

1 An Epiſcopus per ſe,vel inquiſitor poſſit teſtem torquere pro habenda veritate.
2 Elaborãdum eſt iudici, vt veritatẽ inueniat.
3 An Inquiſitor,uel Epiſcopus per ſe, poſſit teſtem falſum punire.
5 Vbi eadem eſt ratio,idem ius ſtatui oportet. Inquiſitor teſtem poteſt punire & torquere pro ueritate habẽda cõtra tertiũ,ſecus ſi cõtra teſtem nouam formet inſtantiam.
6 Cuſtodibus carcerum,de quibus prouẽtibus debeat Inquiſitor, & Epiſcopus ꝓuidere.

P*Aulus de Leazarijs ſuper uerbo ;* Illos.*dicit ſic:illos.ſcilicet pro huiuſmodi negotio inquiſitos.*

1 *Aliud uidetur in teſtibus,† ſi cauſa ſubſit eos torquẽdi : quia cũ per ſe quilibet poſſit inquirere,poterit omnia ad illud neceſſaria, † ſine quibus illud non poteſt expediri. de offi.de leg.præterea,& c.prudentiam.verſ.exploratı.& ff.de iuriſd.om.iud.l.2.*

† Eyme. 3.p. q. 73. ubi dixi.

† al. acceſſoria.

2 *Sed planum eſt, quod ad veritatem habendam debet iudex laborare,de probatio.quoniam.14.q.2. quamquam.30.q.5.iudicantem.23.q.8.occidit.de teſti.cum cauſam.C.de iudi.iudices:.cum concord. quam ab inuito,et ſuſpecto aliter habere nõ poteſt. 5.q.5.illi.qui.vbi notatur de tormentis teſtium.ipſum ergo teſtem poterit Epiſcopus, & Inquiſitor, & quilibet per ſe torquere.*

3 *Et eadẽ ratione videtur,quòd eum poſſit extraordinarie puniri,† ſi falſo teſtimonio aurẽ eius offendit durante iudicio.C. de teſtibus nullum. ad idem de pęn.ſuper his,& c.dilectus.*

† Eymer.3.p. in 12.mõ proceſsũ termi. Zanch.de hæret.c. 14. ubi Campegius.

C 4 *Sed contra uidetur,quia ratio,quæ ſubeſt in Inquiſito,ſubeſt in teſte:ergo erit idẽ ius in utroque, de translat.c.2.cũ cõcor.& hæc duo infra æquiparantur:ibi:*prauitatẽ ipſam, vel impedimẽtũ officij.*Et ſi dicamus,quod Inquiſitor nõ habet ordinariam,uidetur caſus in authen.de teſtib.§.ſi uero.ꝑ hac parte facit,qa cũ qlibet poſſit inquirere uſq; ad ſententiã,et teſtes ſint pars negotij de uerb.ſign.forus.cui licet totũ,et pars.de reg.iuris.cui licet li.6.*

5 *Solutio primum uerum eſt,ubi teſtẽ vult torquere pro ueritate habenda contra Titiũ delatũ:uel eũ extraordinariè punire,tãquam corã eo notorie delinquentẽ:facit quod not.de confeſſis.c.2. & ꝗ ibi* D *notat Inno.& de iureiur.cũ impoſitionibus. lib.6. et iura ſup. allegata,ſi uero format inquiſitionẽ cõtra eũ propter hoc,ita quod eſt noua inſtãtia,cũ teſtis ſit nunc principalis inquiſitus aliter per ſe non poſſet eũ torquere: & ſic intelligantur iura ſupra ſecundo allegata.* Ad ſententiam.) *condemnatoriam.*

Idem Paulus ſuper verbo, Prouidebit, eiuſdem clement.

P*Aulus ſuper uerbo,*Prouidebit.*dicit ſic;*
6 *Et prouidebit de redditibus ſuis,† non de parte* E *prouentuum officio deputata:ut patet in extrauaganti Benedicti,Ex eo.§.uerum.& eſt ſimile de offi.ord.quoniam. Inquiſitor autem bene prouidebit de parte illorum prouentuum,ut patet ibidem.*

Zenzelin.ſuꝑ eo. verbo, Prouidebit.

I*Tem Zenzelinus ſuper eodem ſic dicit.* Prouidebit.*etiam de ſuo:ut in extrauaganti Benedicti Papæ xi.Ex eo quod.§.Verum.*

Cap.